Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



216

Misit ad illum uxor eius dicens. Nihil tibi & iusto illi. multa enim
passa sum hodie per uisum propter eum. Postea sedit pro tribunali pilatus
sed in ter illa quae prius gesta narrabat. recordatus matheus
quod de pilato uxori dixit. Uolui hoc ibi interponere. Ut
praestruerit quam maxima causa. Nec pilatus nouissime
uolebat eum tradere iudaeis. Lucas autem narrat. cum dixisset
pilatus emendatum ergo illum dimittam. exclamasse
uniuersam turbam. Tolle hunc. & dimitte nobis barabban.
sed forte sic non dum dixerat crucifige. Iterum autem pilatus
secundum eundem lucan loquitur: e. ad illos: uolens dimittere
ihm. At illi succlamabant dicentes crucifige crucifige illum.
Tunc intellegitur fuisse hour tertia. Quo de ergo sequitur lucas
& dicit. Ille autem tertio. Dixit ad illos: quidenim malefecit
iste. Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum
& dimittam. At illi instabant uocib: magnis postulantes.
Ut crucifigeretur. Et inualescebat uoces eorum. satisfacit ipse
significat magnum tumultum fuisse. & post quarta horarum
illis tertio dixerit quidenim malefecit. Ut cum intellegere quartum
indagandae uertatur: satis est. & postea quod ait. Instabant
uocib: magnis: & inualescebant uoces eorum. quis non uideat
ideo factum quia uidebant pilatum eis nolle tradere dnm.
& quia hoc magno pere nolebat. monitis: in momento temporis
cessit. sed uel duae hores & aliquid amplius in illa cunctatione
transierunt. Iohanne quoq: interroga & uide quarta fuerit
pilati illa cunctatio & recusatio tam foedi ministerii. Idem
namq: multo explicatius ea narrat. quamuis nec ipse tacit:
dicat omnia in quib: duae hores & de sexta aliquid praeter
fluxit. Tamen cum flagellassent ihm & amictum: uestem lu
soriam mutuo: inlusionib: maltractari permisissent. credo ut
hoc modo satanae furorem mitigarent. Meuso: ad mor
tem saeuire pretendere. Exit iterum pilatus foras
& dicit eis. Ecce adduco eum uobis foras. Ut cognoscatis